

Sicut dominum Petrum Sigill^o
canonicum maioris ecclesie^o, qui
castrum Fribourch pro episcopatu
edificavit, proseripserunt, quia recu-
sabat solvere in penam 320 libras
Metenses. Item custodem ecclesie^o
maioris et plures alios propter quod
vicarius existens in Vico processus contra
Metenses fieri fecit anno predicto
post festum Lucie virginis, et statim
post episcopus obiit, et sic vicarius
non profecit. Obiit autem sub Johanne
papa XXII, anno suo octavo.

^o/sigill? c.
^o/ecclesie superior. m. r.

^o/superior. m. r.

^o/post octavo legitur Impe

Episcopus LXX^{us}.

Mortuo domino Henrico Delpharus
nobilis dominus Ludovicus de Pictavia
episcopus Lingonensis ad sedem Meten-
sem est translatus episcopus Metensis
70. anno Domini 1325. Hic primo
receptus est in Marsallo, deinde in
Frigilia Purificationis venit Metim^o
pro iusticiariis Metensibus faciendis;
Quibus ut iuris est et moris per
ipsum factis, multis laboribus prefata
tria castra de predictorum dominorum
manibus rehabuit, et statim muros
de Vico destructos reparari fecit
magnis sumptibus et expensis. Sicque
tribus annis vixit. Verum est, ut
omnia melius reformarentur^o parcendo
expensis; De ad terram suam prope
Montilmart transiit, ibique castrum
Pigeron edificavit et diem clausit
extremum. Si supervisisset multa salubria

^o/metf c.

^o/c rariora.